



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd diabolus internas cogitationes animæ non videat, sed ex motu  
corporis intelligat. cvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

*Quod diabolus internas cogitationes animæ non videat, sed ex motu corporis intelligat. Cap. CVII.*

*Ex dictis August.* **I**Nternas animæ cogitationes diabolus non videre certissimum est, motus corporis ab illo & affectationum indicia colligi experimento didicimus: secreta autem cordis solus ille nouit ad quem dicitur: Tu solus nosti corda filiorum hominum.

*De eadem re. Cap. CVIII.*

*Ex dictis eiusdem.* **N**ON omnes malæ cogitationes nostræ semper diaboli instinctu excitantur: sed aliquoties ex nostris arbitrii motu emergunt. Bonæ autem cogitationes semper à Deo sunt.

*De illis qui alios in culpa sua defendere nituntur.*

*Caput CIX.*

*Ex dictis eiusdem.* **R**E OS sanguinis non defendat Ecclesia: ne effusione sanguinis particeps fiat.

*De eadem re. Cap. CX.*

*Ex decr. Eusebii papæ, ca. 15.* **V**T qui alium in culpa sua defendere, vel excusare nititur, excommunicetur.

*Vt pœnitentia coniugatis ex consensu detur. Cap. CXI.*

*Ex concil. Arelatense. cap. 6.* **V**T pœnitentia coniugatis ex consensu amborum detur. Pœnitentiâ coniugatis, non nisi ex consensu dandi.

*Quot modis animæ defunctorum solui debeant. Cap. CXII.*

*Ex dictis Origenis.* **A**Nimæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.

*De nutriendis infirmis. Cap. CXIII.*

*Ex dictis Hierony.* **N**Utrire infirmos, & fouere Christum nihil interest, nutriendus enim est infirmus: quia Christus infirmus esse profitebitur.

*Quod non noceant præterita, si non placeant præsentia. Cap. CXIII.*

*Ex dictis August.* **N**ON nocent mala præterita, si non placeant præsentia, præcipue si multis elemosynis sint expiata.

*Ex pœnitentiali Romano.* *De illis qui hospites recipere neglexerint. Cap. CXV.*

**Q**Uicumque hospites non recipit in domo sua, sicut dicitur, minus præcepit, & propter hoc regna cælorum præ-